



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum sit peccatum mortale? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

599

*Ma. 4. 13
a. 2. c. 12.
pe, de re-
sis. spol.**Vtrum avaritia semper sit peccatum mortale?*

Avaritia semper sit peccatum mortale. Nullus enim est dignus morte, nisi pro peccato mortali. Sed propter avaritiam homines digni sunt morte. Cùm enim Apostolus ad Rom. 1. pramississet, Repletos omni iniquitate, fornicatione, avaritia, &c. subdit, Qui talia agunt, digni sunt morte. Ergo avaritia est peccatum mortale.

*In ser. ad
Auites a-
ueros de
clinando
ad fin.*

¶ 2. Præterea, Minimum in avaritia est, quod aliquis inordinatè retineat sua. Sed hoc videtur esse peccatum mortale. Dicit enim * Basilus, Est panis famelici quem tu tenes, nudi tunica quam conseruas, indigentis argentum quod possides. Quo circa tot iniuriarum, quot exhibere valeres. Sed iniuriari alteri, est peccatum mortale: quia contrariatur dilectioni proximi. Ergo multo magis omnis avaritia est peccatum mortale.

*Elicitur
ex Ho. 15
in Matt.
in op im-
perf. decli-
nando ad
fi. 10. 2.
† Est Au.
in l. de fi-
de, c. ope-
rib ca. 16
pari an-
te me. t. 4
* a. prae.*

¶ 3. Præterea, Nullus excogatur spiritali cecitate, nisi per peccatum mortale, quod animam priuat lumine gratiæ. Sed secundum * Chrysost. tenebra animæ est pecuniarum cupido. Ergo avaritia, quæ est pecuniarum cupido, est peccatum mortale.

Sed contra est, quod 1. ad Cor. 3. super illud, Si quis ædificauerit super hoc fundamentum, &c. dicit Glossa, quod lignum, fœnum, & stipulam superædificat ille qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo: quod pertinet ad peccatum avaritiæ. Ille autem qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, non peccat mortaliter, sed venialiter. De eo enim dicitur quod saluus erit sic quasi per ignem. Ergo avaritia quandoque est veniale peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum * est, avaritia dupliciter dicitur. Vno modo, secundum quod opponitur iustitiæ. Et hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Sic enim ad avaritiā pertinet quod aliquis iniuste accipiat, vel retineat res alienas: quod pertinet

net ad rapinam, vel furtum, quæ sunt peccata mortalia, vt supra * habitum est. Coniungit tamen in hoc genere auaritiæ aliquid esse peccatum veniale, propter imperfectionem actus: sicut supra † dictum est, cū de furto ageretur. Alio modo potest accipi auaritia secundum quod opponitur liberalitati. Et secundum hoc importat inordinatum amorem diuitiarum. Si ergo in tantum amor diuitiarum crescat, quod præferatur charitati, vt scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem Dei, & proximi: sic auaritia erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris intra hoc sistat, vt scilicet homo, quamuis superflue diuitias amet, non tamen præferat earum amorē amorī diuino, vt si propter diuitias non velit aliquid facere contra Deum & proximum: sic auaritia est peccatum veniale.

q. 66. a. 6
q. 8.
q. 66. a. 6
ad 3.

Ad primum ergo dicendum, quod auaritia connumeratur peccatis mortalibus, secundum illam rationem qua est peccatum mortale.

Ad secundum dicendum, quod Basilius loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitorum.

Ad tertium dicendum, quod cupido diuitiarum obtenebrat animam propriè, quando excludit lumen charitatis, præferendo amorem diuitiarum amorī diuino.

ARTIC. V.

600

Utrum auaritia sit maximum peccatorum?

Psal. 15.
co. 5. fi.
li. 1. in c.
cuius tit.
ed. Vera
magnani
mitas in
du. bus se-
ta est.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod auaritia sit maximum peccatorum. Dicitur enim Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Et postea subditur, Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam vanalem habet. Et * Tullius dicit in 1. de Offic. Nihil est tam angusti animi, tamque parui, quàm amare pecuniam. Sed hoc pertinet ad auariciam. Ergo auaritia est grauissimum peccatorum.

Sec. Sec. Vol. ij.

T t

¶ 2 Præ-